



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Vasa Sacra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

*Et à quo da-
ri debent
Clericomi-
norii*

3. Cletico minori, vel mente capto-
tutor, aut curator a judice Ecclesiastico
dari debet. Cabedo in clem. 1. de off. ord.
reg. 4 fall. 16. contra Aus. et rium p. 1. decis.
80. nu. 1. 23. Nota tamen, quod si Clericus
minor litigat coram judice sacerdali
tamquam actor, is dare ei poterit cura-
torem: & inventarium Clerici mortui
relinquentis pupillos, a judice laico fa-
ciendum esse, p. 1. t. 2. ref. 95.

VASA SACRA.

CALIX &

1. **V**asa sacra sunt Calix, patena, py-
patena, & custodia, quae imme-
diatè tangunt sacram synaxim. Ex his,
Calix & patena debent esse consecrata,
priusquam in Missa interfervire possint.
Si quis in eis celebret, remanent con-
secrata. *Sed probabile est & tutum in praxi,*
quod si sacerdos semel in eis non conse-
cratis bona fide celebraret, remanerent
consecrata: quemadmodum ait Palauus
de leg. 2. diff. penult. c. ult. remanere re-
conciliatam Ecclesiam pollutam, si quis
in ea celebret. Erratio est, quia ubi se-
mel tangunt corpus & sanguinem Chri-
sti, non possunt esse amplius prophana.
Niger add. ad Ruiz p. 6. animad. 8. num. 4.
Quamvis contra sentiat Eminentiss. Lu-
go in 3 p. to 2. diff. 20. sect. 4. n. 91. p. 2. t. 14.
ref. 69. & p. 5. t. 13. rej. 60.

*Et probabile
est, quod si
noviter de-
aurantur,
non indige-
ant nova
consecratio-
ne.*

2. Si calix & patena noviter deau-
rantur, eo quod aurum antiquum usu
consumptum sit, Suarez in 3 p. tom. 3.
diff. 81. sect. 7. & DD. communiter dic-
unt, debere iterum consecrari, quia
consecratio fit propter contactum, id
autem quod in hoc calice proximè tan-
git, est aurum recens. Contrariam sen-
tentiam docuit Coninch *desaer. qu. 83.*
art. 3. dub. 3. nu. 246. Quamvis Reginal-
dus tom. 2 lib. 29. c. 9. sect. 6. num. 199. exi-
stimaverit periculosa, ego probabilem
existimo cum Layman lib. 5. str. 5. cap. 6. n.
7. quia calix manet idem, ergo manet
consecratus, & aurum superadditum
per superadditionem consecratum fuit.
Sicut cum Ecclesia paulatim reficitur,
lapides superadditi consecrantur. Nec

verum est, quod ait Suarez, aurum su-
peradditum ratione contactus esse par-
tem principalem calicis; nam si ita esset,
calix noviter deauratus non esset idem,
qui erat; & detracto auro, destrueretur
in ratione sacrificii, sicut destruitur quo-
ad consecrationem Ecclesia, si praecipua
pars parietis corruit: qua tamen com-
muniter negantur, p. 2. t. 15. ref. 3.

3. Pyxis non debet necessariò bene-
dicti, quia nullum jus id strictè præcipit, *An Pyxis ba-*
(etsi contrarium non sit minus pro-
nedicti de-
babile, p. 10. tract. 11. resolutione 2. De beat?

mappis verò nec omnino certum, an ne-
cessario benedicti debeant, *ibid. ref. 5.)*

in Pontificali verò ejus benedictio pon-
itur, sicut ponuntur benedictiones can-
panarum, ornamentorum Altaris, &c.

Ita Vasquez in 3. p. diff. 235 cap. 4. num.

36. Qui tamen putat, in pyxide ponere corporale benedictum, in quo im-
mediate Corpus Christi servetur: quem-
admodum servatur in Missa super Altare,
ad repræsentandam sacram syndonem. Sed hoc reprobat Nugnus in 3.
p. tom. 1. quæst. 83. arric. 3. dub. 5. & con-
suetudo est in contrarium. Nec par-
tas obstat, quia plura requirit Sacra-
menti confectio, quam conservatio, p. 2.
t. 15. ref. 2.

4. Vasa sacra & vestes, magentes in *Et an sit sa-*
sua forma, in prophanos usus conver-
tere, est mortiferum sacrilegium *c. ligna vasasacra*
distincti. 1. Si verò mutetur forma non est *prophanare.*
amplius consecratus; nam calix, v. gr.
qui formam amisit, jam non est am-
plius consecratus & ergo prophanari po-
test. Ita Palauus tom. 2. tract. 8. diff. 1. punct.
6. num. 25. contra Azorium p. 1. lib. 9. c. 9.
quæst. 7. At decentissimum res semel usui
sacro dicatas, numquam prophano usui
deservire, part. 5. tract. 13. ref. 76. Tan-
gere verò vasa, & vestes sacratas, ut cali-
cem, patenam, & corporale, laicis
peccatum est, part. 10. tract.
12. ref. 12.

VEN-